



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

5. An etiam possit conducere sacerdotem nominatim præcisum hæreticum, degradatum, suspe[n]sum, interdictum, vel etiam ipso iure ob manifestam clerici percussorem excommunicatum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

Dices secundò: Si non petat in contemptum religionis, sed ex avaritia, tenebitur lic affectus illam dare?

R. Tenebitur, aliàs enim videretur pecuniam præferre suæ saluti: sed sacerdos ille præterquam quod sacrilegium gravissimum committit, teneretur ad illius restitutionem: Ita (a) Lessius.

a De iust &  
iur. l. 2. c. 35.  
dub. 7.

Q V Æ S T I O V.

*An etiam possit conducere sacerdotem nominatim præcisum, hereticum, degradatum, suspensum, interdictum vel etiam ipso iure ob manifestam Clerici percussorem excommunicatum.*

Quæstionis explicatio.

**S**I non defuerunt, qui negarent, huiusmodi sacerdotes ne baptismum quidè qui maxime necessitatis est, ministrare possent: non mirum, si sint qui hoc ipsum de sacramèto pœnitentiæ negent, præsertim quod sacerdotes præcisi iurisdictione vel eius usu qui ad hoc sacramentum plane est necessarius, careant: Horum ergo occasione quaeritur, an peste infectus, sicut præmissum est derelictus, possit vel etiam teneatur huiusmodi aduocare, pro impetranda absolutione, si



220 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
ne, si suæ contritioni aut conscientiaë con-  
fidere non satis audeat?

*Responsio.*

**N**on solum potest, sed etiam per se lo-  
quendo tenetur huiusmodi sacerdo-  
tem aduocare, si alium non impeditum ha-  
bere nequeat. Prior pars probat ex verbis  
a Sess. 24. c. 7. Concilii (a) Tridentini, iam aliquoties al-  
legatis, si notentur tres distributiones, scili-  
cet, *quilibet pœnitens, à quibusuis peccatis, & à  
quocunq; sacerdote:* Prima enim comprehen-  
dit omnes pœnitentes etiam excommuni-  
catos, hæreticos, sine vlla exceptione, &c.  
Et similiter secunda omnia peccata affecta  
quacunque censura sine exceptione: ergo  
& tertia similiter comprehendit omnes sa-  
cerdotes quacunque culpa vel censura li-  
gatos absq; vlla exceptione. Posterior pars  
est (b) Ruardi ex D. Augustino, & probat  
ratione, quia infirmus diuino præcepto te-  
netur tunc confiteri, cui præcepto potest sa-  
tisfacere aduocando saltem talem mini-  
strum.

b art. 3. Io-  
uan.

Dixi (*per se loquendo*) quia, si timeat ali-  
quod maius nocumentum, vt si probabili-  
ter timeat peruersionis vel publici scandali  
periculum, poterit excusari.

Dices: In hoc sacramento maxime ne-  
cessa-



cessaria est iurisdictionis, sed hi omnes vsu iurisdictionis carent? Ergo, &c.

R. Certum esse secundum communem huiusmodi sacerdotes in articulo mortis habere iurisdictionem: Verum quod à Doctoribus in quæstionem vocatur, est à quo habeant, an à iure diuino, sicuti quidam (a) an potius ab Ecclesia, sicuti plerique (b) omnes docent, & videtur probabilius. Si enim veniret à iure diuino, omnes sacerdotes essent pares in illo articulo, neque vnus posset priuari tali iurisdictione, etiamsi esset copia proprii sacerdotis, cui<sup>9</sup> contrarium à plerisque omnibus docetur. Si enim Parochus aut alius sacerdos, non præfatus, haberi possit, certum (c) est, illos in tali casu nihil posse, etsi de facto absoluant, absolutionem non valere, vt statim diximus, & diligenter notandum est.

a *Durã. dist. 19. q. 1. ad q. Palud. dist. 20. q. 1. art. 2.*

b *D. Thom. dist. 19. q. 1. & omnes in eum commẽtantes.*

c *Cõcil. Carthag. 3. can. 32. Syluester verb. Cõfess. 1. q. 6. cas. 7. Nauar. c. 26. n. 27. Couar. c. alma mater, 1. p. §. 11. n. 8. & alij.*

QVÆSTIO VI.

An etiam non approbatum ab Episcopo.

Quæstionis explicatio.

Certum est, nullum sacerdotem posse excipere confessiones secularium, nisi vel habeat parochiale beneficium, vel alias approbatus sit ad sacras huiusmodi confessiones.